

## DOMITIVS GRAMMATICVS.

**S**ed mihi mentio Phauorini, Domitium  
Surbis Romæ clarissimum Grammati-  
cum in animum adducit, cuius responsio  
licet paulò quām virum modestum de-  
ceat, concitatiōr facta sit, sapientiæ ta-  
men plenam continet sententiam. Inter-  
rogatus enim ab illorum aliquo de pere-  
grinorum quorundam proprietate: Ani-  
mo simul & fronte permotus. Nulla, in-  
quit, prorsus bonæ salutis spes reliqua  
est, cum vos Philosophorum illustrissimi,  
nihil iam aliud quām verba auctoritates-  
que verborum cordi habetis. Pauca præ-  
terea turbata voce, in hanc sententiam  
questus ita conclusit: Utinam muti om-  
nes homines essemus, minus improbitas  
instrumenti haberet: Quid nunc diceres  
Domiti? quando Philosophia posthabi-  
ta & neglecta, garrulitatem pro virtute  
sestantes, omnes se certatim ad Diale-  
cticam transtulerunt, nec pudet in pue-  
rilibus senescere sapientiæ studium pro-  
fessos.

## AFFRANIVS.

**D**icitur & Poëtis locus: Affranij circa  
hanc ipsam, de qua iam diū loqui-  
mur sapientia celebris ac vulgata sententia

Q. iiii.